Fragmentarium

diuturnis ut sapientissimos est cogitandum. Verum dixit. Sic
superna [...] amaritudo tollitur. Itaque infunditur similiter
sic animi asperitas. e bibito vino in dulcedinem est mutata. Item
rufus. Non solum in vinum temperate ebibitum aufert tristiciam. sed alia
quedam his similia. Sic balneum temperatum. Unde fit ut quidam balneum in
gredientes ad cantandum animantur. Quidam quoque philosophi dicunt aliud sonitum
esse quam spiritum. unum quasi corpus. Quorum alterum ab altero adiuvatur. dicunt
alii quod corpus dixit. Imperatores ad quinum me mittant ut ex me se
delectari. ego condelectari exposuisti. cum quo velit animos eorum flectere possit.
sic de ira ad mansuetudinem. de tristicia ad leticiam. de avaricia ad largi
tatem. de timore in audaciam. Hec ordinatio organicorum musicorum.
atque vini est causa sanitatis anime. Quod perfectissimum esse dinoscitur. si boni
socii aggregentur. qui in pulchritudine valeant. scientia. et moribus. dictum
est enim quia maxima est delectatio ut vinum bibatur et colloquia sapien
tibus. G. colloquium igitur cum amantibus laborem eicit ex mentibus interioribus quod si
si fiat in ortis lucentibus et odoriferis. seu fructiferis. et dominium
iocundissimum fit. Si autem eorum caminata vel sensuri est non minus
dasit et lucida. et apponatur rosa. mirta. salices basilico et timu
la. Ab ebrietate caveant et superfluitatem. dormiant post sompnum vel in balneo
delectentur cum aqua aere temperato et lucido. neque eis accedat quod animum
abhorreat. Interrogatus autem quidam a philosophis quare corporibus homo gravioris
esset quia corpus liberi pondus. talem respondisse fertur homo igitur corporibile pondus
est solius anime. Alia vero ponderis anime et corporis sit communia hec via medi
cine est ea eriosos exercenda. De sternutatione.

Sternutatio de diversis humoribus nascitur. Aliquando enim natura operatur. cum humores
adunatos sive fumos expellere satagat a cerebro. quia iam vel fit morbi vel causa
futuri morbi. humanum enim cerebrum humidius est cerebris ceterorum animantium. Unde
adunantur humores. quos cooperante natura unum expellunt constrictionibus. Ali
quando et fit sternutatio morbi in nature expulsione. sicut in causon vidimus et in peri
pleumonia. Aliquando quoque magis fit aliunde ex qualibet infirmitate.
canales enim narium humanarum curti sunt. unde cito ad cerebrum nociva
extrinsecus veniunt. sicut pulvis. frigiditas aeris. splendor solis et similia.
que cum ad cerebrum venerint. expelluntur a cerebro motu suo continuo et inde
fit sternutatio. quam si diu permaneat post quam cerebrum expurgata fit sicut fluxus. succurritur
lavatorio capitis cum aqua in qua camomilla. rosa. ordeum mundum. sisimbrium vel
similia cocta sunt. Apponitur nardus basilico sive cui pretaxte sternutationem
aufert. Si sternutatio capitis calide fiat nares cum oleo rosato et violato.
et aqua rosata ungantur. Si frigide. oleum yreos. et nigelle. cameleon.
et similia appone. De epilepsia

Passionem subito homines cadit antiqui habuerunt et pessimum morbum
vocaverunt. vulgus dicit occubitum. ira dei esse dicit. Unde oportet
ut difinitio subiungatur et divisio et medicina sua. ex auctori
tate Galieni. Hec magna passio que epilepsia vocatur humor est humidi quantitati
cerebri ventriculi in perfecte oppilantes prohibens animam ad declarandam actionem suam. que
ad nativam viam cerebri ex illo humore ex oppilatione sunt. Est autem epilepsia apo
plexie vicina. locus enim idem est et materia unde nascitur frigida et grossa
sed tamen apoplexia totius virtutis primis discernentes est ablativa. Epilepsia

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.10, 10r – Constantinus Africanus, Viaticus
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-pzsz/5142/49195)